







1.

2.

3.

4. Sc

5. Ho

6. St

7. Ho

8. g. Sc

10. Sch

11. Sch

12. Bo

13. Rau


F

Zufälle:

1. Grubner, Joh. Chr., Cr. doc. Notaristus etiam Danauensis scriptoribus der Hiffler-Röntgen Naumburg & Zeitz. habet Th. Reinesii diuiniorum agan über diechen Hallen in Paul Langens chronic. Criz. v. 0. 1753.
2. Lauterbach, Ech., Notarium Crizense, Höflichkugl Predigt vor Augusto 13. 3. Pfeffau, postul. administr. v. den Hiffler-Röntgen. 20 Jul. 1608. Criz.
3. Erfurter Bürg des Stadtmüriten et al. Hiffl Naumburg & Zeitz außg. Fried. August 15. m. 1733. übergaben manu. Criz.
4. Schmidt, Jo. Andr., Numi Bracteati Numburgo-Censes Regavienses eique. Jen. 1695.
5. Hö von Hoeneck, Matth., Novum Inquisitioe Röntgen et Præceptorum, d. i. præceptis Prediciorum bei diejä- & förf. Vesperum Lütz. g. Nürnberg. Criz. 1614.
6. Statuta des H. Nürnberg regis ut cum die Succession ab intestato fess regulatae conetur. Jena 1698.
7. Holderrieder, Joh. Laur., Radn. bīg dem Konfessioal des H. Nürnberg 24. Sept. 1762. regulann. Nürnberg.
8. g. Bemler, Jo. Chr., Quanta molis fuerit Numburgi ecclesiam et scholam evangelicam condere et collidit am tueri. Numbg. 1730. 1732.
10. Schütze, Theod. Joh. Abt., Nachricht v. d. Konfessiole zu Nürnberg. Idem. Aufncl 1779.
11. Schulze, Jo. Ge., (Prog.) De rationibus quibus nobilis etiam loco nati homines scelos publicas privatis anterponendas esse existimant. (Numbg. 1740.)
12. Borch, Mart., Nachricht von den Nürnbergischen Spiel- und sp. geworunten Kiesel-List. Nürnberg (1746).
13. Rauhe Joh. Ge., Nachricht von den 1432 vor Nürnberg hifl untagen/ Ernen des Cr. Biten v. den Drfes aufgrundum Spiel- und Kiesel-List. Nürnberg 1782.

4. Schamelius, Joh. Mart., Exemplar von Stundn bei Altknapp wärtig für das Schriftbüro; Pfarr  
Kirchensatzung Nürnberg v. Freit. 1732.
15. Bidermann, Jo. Gottl., De scholis ollarum (de ursis hanc procul a Naumburgo in agro  
Grosienensi effossis) Numbg. (1747).
16. Particularia v. d. Pf. Pf. Erzähler des graviformen Thierwörterbuchs der Stadt Nürnberg  
auf Wörterb. v. 1736 mit einer Karte der Stadt Nürnberg verwechselt i. Tab. 1836.
17. Spiegelkunst Wörterb. Nürnberg (Vorwurfssatzes Druckmura), So d' selbe von Dr. L. in Nau-  
burg v. Zwickau verwechselt. v. O. 1636.
18. Biedermann, Joh. Gli., Dr. von dem Kind in vorherigen Jafos und brauerischen  
Nürnberg v. 1701 ist das Jahr 1642 aufgeblättert Salagnung. Nürnberg. 1742.
19. Pfeiffer, Joh. Raph. (vergl. fac. Wolff), Disputation s. iudicium medicum de cervisia  
Numburgensi. Jen. 1684.
20. Bürger, Joh. Drucktagung v. 1701 Dr. Oppel in Vafilants (1603) verwechselt abgesehen  
dav. Druck v. 1603 genannt. Dr. Pfeiffer. Ffua (1608).
21. Dr. in Nürnberg durch einen sittigen Vfleiss - Hebrionen zugesandten Drucke der v. K. v.  
v. O. 1714.
22. Druck v. 29. Jan. 1714 neffentlich - aus der aduan Nürnbergischen Vfleiss - Druck. v. O. 1714.
23. Druckdruck v. Nürnberg auf jenes Druckobruch. fffm. 1714.
24. Druck v. den Druck - Druck v. 1714 Nürnberg der 29. Jan. 1714 bestossen. Erfurt.
25. Das üngtümliche Nürnberg vte Daffreibüch der Egerbergschen Drucke 29. Jan. 1714. Nachher  
z. faur unbedeckter Druckblatt.
26. Drucke. Nachdem zu Leipzig v. vnd nichtlich Exemplar. Gebunden v. Waldenburg.
- 27-29. Schamelius, Joh. Mart., die gesetzlichen Drucklate in die Stadt Nürnberg der die  
Vfleiss - Druck auszugeben. (Fond 1). Dr. 1714. Druck v. v. K. v. O. 1714, und  
"Adensta."
30. Schamelius, Joh. Mart., die nachdringende Petri Pauli Tag v. 1714 für den Druck v. K. v. O. 1714  
in v. K. v. O. 1714 Jahr bis zum 1. November des gleichen Jahres v. K. v. O. 1714  
(Fond 1). Dr. 1715.

31. Wengf. Brief von der Schule - Brueck 29. Jü. 1714. Wengf. Relation, versch. Briefe derselb. von  
Ad. 1336 an den Schule - Brueck nachstew. v. O. V. J.
32. Gschwend, Adam, Brueck i. R. P. Von ihm aus die verbreunfliegaw Schule - Brueck  
30. Apr. 1716. Moritzburg. (vch.)
33. nachdem von der Schule - Brueck 29. Jü. 1714. Wengf. Kurwurfschafft aufzugeholt, so far man  
ließ brennen alle abgebrannte zu verabreichen etc. v. O. V. J. (Fleisch haben obwohl von Nr. 31.).
34. Wengf. Nachricht dass die Schule - Brueck von dem Naumburg den 30. April (1716) abwe-  
nigf. bat offen. v. O. (1716).
35. Schanelius, Joh. Mart., von den Leitz - Lübeck. Lettz. 1715.
36. 37. Wengf. Relation des Werdens Ostfriesl. Welfen bis zu Moritzburg und einem kleinen Fuersten  
zugehörige welfen geblieben, seindes Lebzeit verordnet. v. O. 1623
- (zwei wosgraben drin).
38. Wengf. Beschreibung der unverdeutbaren Erblosen so wie in Moritzburg nach einem kleinen Welfen  
Werde, welchen verlorenen seindes aufzufordern, beginnen Cxx. v. O. 1623.
39. Löwe, Aug., die im Lager bei Naumburg A. 1724 aufgestellten Soldaten Strel. Moritzburg.
40. Leuffer, Joh., Pred. big Leibnizburg vnd Nr. Strahlern welsche & 4 Mastri an den Hoff. Huf am  
Lippe. Jefua 1633.
41. Preussjoh., Moritzburg. Bei der kürzlichen Bestellung Sam. Sultzen verlor von Ge. Todten  
nemordet werden. Nachdruck i. Moritzburg. Ib 24.
42. Schilte, Joh. Benj. (Pondig) nach dem Moritz, welsche Ge. Todten von seinem Haupthof bei  
Moritzburg. Moritzburg. Ib 24.







935.

A. D.  
QVANTAE MOLIS FVERIT  
**ECCLESIAM**  
ET  
**SCHOLAME VANGELI-**  
**CAM NVMBVRGI CONDITAM**  
**TVERI**  
breuiter oftendit  
SIMVLQVE  
ad  
**SOLEMNEM PROGRESSVVM**  
quos  
IVVENES NOSTRI IN BONARVM ARTIVM  
STVDIIS FECERVNT  
**EXPLORATIONEM**  
cras et sequentibus diebus instituendam  
obseruantissime  
inuitat  
**M. IO. CHRISTIANVS STEMLERVS**  
**SCHOL. SEN. RECTOR.**

---

ja

NVMBVRGI  
LITTERIS BOSSOEGELIANIS.

\* \* \*

**Q**Vantae fuerit molis Numburgi ecclesiam  
scholamque euangelicam condere, quum  
biennio abhinc quadam commentaryone  
ostenderemus, alio tempore plura nos esse de eodem ar-  
gumento tradituros pollicebamur. Hanc ergo datae  
fidei liberandae occasionem eo minus praetermittam,  
quo aequius esse arbitror, saepissime nobis in animum  
reuocare beneficii, emendatae religionis admirabili  
conseruatione in nos a DEO collati, praefantiam.

Iacta iam non modo erant utilissimi operis funda-  
menta, sed eo etiam, virorum abs me laudatorum in-  
credibili studio atque contentione res venerat, ut, sub-  
latis omnino corruptelis, iterum purus integerque DEI  
cultus in ecclesia ac schola nostra floreret. Quod au-  
tem perdifficile fuerat consequi, illud multo magis ar-  
duum erat et periculosum conseruare. Atque illud est,  
quod ex monumentis fide dignis repetere iam breuibus  
instituo, partim ut insigni ecclesiae nostrae exemplo, ve-  
ritatem caelestem premi quidem, sed non opprimi, di-  
scamus, partim ut, quanti nobis ecclesia & schola consti-  
terit, intelligamus, denique vt nos ad quosuis casus pro  
re sanctiore tuenda subeundos accendat in illustri posi-  
ta maiorum nostrorum virtus et constantia; quippe  
quos in augendo vindicandoque DEI cultu nullum vi-  
lius generis laborem, et ne ipsum quidem capitis discri-  
men subterfugisse comperiemus. Nimirum *AMS-*  
*dorf-*

30

*DORFFIVM*, repudiato *IVLIO PFLVGIO*, (a) nobis dederat Episcopum *IOANNES FRIEDERICVS*, qui animi sui magnitudine immortalitatem quamdam victurique nominis gloriam sibi peperit. Quaeres non poterat non *CAROLVM V.* inflammare, quia Pflugii partibus stabat, publiceque professus erat, caussam eius suam fore. Non autem parem virtuti Electoris optimi datam esse fortunam, proelium prope Muhlbergam infelicissime commissum documento est, quod tam graues calamitates et ecclesiae et scholae nostrae attulit, ut actum esse de emendatis sacris vindicatoque in pristinum liberalis doctrinae decore videtur. Anno enim MDXXXXVII. d. XXIII. Iun. (b) ingressi urbem Caesär et Ferdinandus Dux Alban. effrenatae audaciae hominibus stipati, terrorem incusserunt omnibus minati, se, si qua res non ad nutum ac voluntatem Caesaris in negotio religionis facta sit, omnia in nostros exempla cruciatus edituros. Et quamquam prostrati in terram senatores quidam, speciatim D. IOANNES STEINHOFERVS, singulari religione ac fide vir, et VITVS LEVBIVS, Consules, THOMAS SCHLEVKIVS et SIGISMUND. ZVICKERVS, itemque ANTONIVS NICOLAVS AMMERBACHIVS, gratiam laesi imperatoris supplici voce et multis lacrimis impetrabant: parum tamen prosperitatis adfictae

)( 2

(a) Conf. *HORTLEDERUS, de causis bell. German.* lib. V. cap. XIII. seqq. *LUTHERI libellus: Exempel einen recht christlichen Bischoff zu weihen, geschehen zu Naumburg 1542.*

(b) Hunc diem *CHYTRÆUS memorat, Saxon.* fol. 781.

afflictæ ecclesiae ac scholæ sperandum erat, quin  
immo nihil ei non metuendum mali, quum essent ex  
aduersariis nostris, qui, inuidia, tamquam acrioribus sti-  
mulis concitati, quiescendum non ante putarent, quam  
libertas nobis eriperetur. (c) Impendentis calamitatis  
metus multos in fugam coniecit: alii vero nullis pericu-  
lis, nullo minarum terrore, nec ipso capitis discrimine  
auerti poterant ab eo, quo diuinitus trahebantur, religi-  
onis purioris amore, vtpote qui se dudum obfirmaue-  
rant ad patiendum, nullam tam grauem iudicantes ser-  
uitutem, quam quae profitendi veri Numinis liberta-  
tem tolleret, suosque cultores superstitioni manciparet.  
Omnis praecipue posteritatis animos in se conuertit M.  
MICHAEL DEVTSCHMANNVS, ad D. Wenceslai  
tum Diaconus, et tandem Pastor, inuictus veritatis op-  
pugnatae vindex et nullis casibus superabilis. Quem  
cum adgrederentur violento ingenio sacrificuli, multa  
irreligiose de doctrina, quam a Luthero repurgatam ac-  
cepimus, dicentes, nec ab iniuria & maleficiis abstinen-  
tes, nullius obtemperabat auctoritati, neminem respici-  
ebat, nullius gratiam sequebatur, sed, fortiter dicendo  
sententiam, aduersariorum infringebat conatus. Quum  
igitur rem frustra tentatam summo cum dedecore suo  
dimit-

---

(c) Granuellæ in primis commemoratur in nostros acerbitas, qui cum per  
Steinbockerum et Meznerum pecuniam imperatam Caesari lenae soluti-  
ressent, superbe et crudeliter eos compellauit: *Vobis Caesariorum man-  
datorum proteruis conuentoribus, vobis, inquam, Numburgensibus centum  
mille aurorum indiæta sit multæ; vobis, qui belli huius causa exhibitis.*  
Idem, arrepto cultello, quem habebar, coque summa cum indignatione  
in mensam projecto, discedite, inquit, *abs me, malae bestiac.*

30

dimittendam viderent in effigies *Lutheri et Melanchthonis* parieti  
adfixas sordidis in cultisque moribus homines furore quodam  
immani saeuierunt. In grauescere coepit res, atque incommoda  
augebantur, cum eue<sup>tus</sup> ad antistitis facrorum muntis vir reli-  
gionis tuendae proposito acerimus, se libello, cui INTERIM no-  
men erat, acriter anno MDL. opponeret, nolle que euangelicam  
libertatem hic per eum obteri et calcari. De fixa quippe statutaque  
religionis diligentissime colendae sententia adeo non deduci po-  
terat, ut Pstugii potius iniuriis cederet, ac docendi prouincia de-  
turbari se pateretur, non virae modo innocentia illibatam fidem,  
sed moriendi quoque constantia, si DEO ita videretur, confirmatur.  
Atque illequidem satis naturae, satis etiam ecclesiae nostrae  
vixerat, vt pote qui, confectus labore et aerumnis, anno aetatis  
septuagesimo, vt verba monumenti eius habent, A. C. MDLXXXI,  
obiit. (d) Sed viuet tamen, quamdiu suum religioni dectus con-  
stabit, in hominum memoria: quin immo viuit adhuc, et vtinam  
quam diutissime viuat, in pronepote suo auitam gloriam multis  
virtutibus augente. Ex eius videlicet gente est vir summe vene-  
rabilis M. CHRISTOPHORUS HEINSIUS, (e) qui, in primis di-

X 3

fcipli-

(d) Conf. recens. verbi diuini ministrorum ad D. Wenceslai addit. denen *Fra-  
gen auf das andre hobe Iubel-Fest 1717.* edit. Numburgi, quae exstat in Hi-  
lar. Euangel. CYPRIANI, lib. I. cap. CXXX. fol. 112r.

(e) Numburgi litterati ornamenti suo is merito inserendum. Licet enim  
multis non inclauerit voluminibus in lucem editis, quod per assiduos  
grauissimi munera labores non licuit, nec unquam libuit viro a pruri-  
tu scriptis in clarescendi alienissimo, qui praecellare factorum decus ma-  
gis in conscientia, quam in fama reponit. sex tamen commentationi-  
bus academicis et ingenium et eruditionem luculentiter comprobauit,  
ex quibus vel illam *de Pelo Paulli* sufficiat commemorare, quam *HA-  
SAEUS* laudat, in *biblioth. Bremensi Claff. VI. fascic. IIII. conf. LAKE-  
MACHERI obsernat. philolog. P.I. obseru. V. p. 113.* Exteris etiam innotuit  
in itinere suo, Liuonique dignum eum iudicarunt, cui prouinciam Grae-  
cae linguae Dorpati docendae deferrent, qua modeste repudiata paulo  
post Cizae Sub Diaconi aulici MDCLXXXVII, Diaconi III. ad D. Wen-  
ceslai in patria MDCLXXXIX, munus suscepit. Anno MDCCIII, beato  
aucto meo M. MICH. STEMLERO successor Neostadii ad Orilam.

sciplina et paeceptis *Io. Deutschmanni*, cognati sui *fratris* per multos annos in academia Vitembergensi innutritus, pari candore, simili industria doctrinam, quae nullas trahit disciplinae corruptae sordes, tuetur, ac summa fide sacris coetibus compluribus ipsi in Dioecesi Neostadiensi commissis praefest, cuius mentionem non potui non inicere, quoniam de ecclesia et sua et meae patriae optime meritus est, et quaedam ex schedis *beati Deutschmanni* beneuole mecum communicauit.

Paullo laetior fuit ecclesiae nostrae scholæque status, cum principes hic anno MDLXI. conuenirent, multique legati Caesaris, Pontificis Romani, regum Galliae, Daniae aliorumque accederent. (f) Obuiam tum itum est moliminibus Papæ ad Tridentinum concilium legatos mitti volentis, cauteque prouisum, ne aeterna veritas labis accessione corrumperetur forte ac depravaretur. Sed non diuturna fuit ea felicitas. Eiusdem enim seculi anno nonagesimo et primo, eiecit in exilium verbi diuini paeconibus, a Crypto Caluinismi macula abhorrentibus, Dominicæ dies XIII. post Trinitatis inter gemitus et lacrimas fuit exacta. Concio, oratoribus sacris priuata, non, nisi iuuenem audit legentem caput scripturae sacrae, ac, decantato Psalmo LI. dimissa est. Quid vero dicam de illis temporibus, quibus armorum strepitus vniuersam fere Germaniam per triginta annos turbauit? Cum quantis rerum difficultatibus conflictandum fuerit tum scholæ in primis magistris, eorum historia, funestis casibus plena, testatur.

(f) Vid. CHYTRAEI Saxon. tom. II. L. XX. fol. 142-147. et complures alios  
(g) HORTLEDERUS 1.b. I. cap. XLVI. seq. inferuit: *inhalt der Werbung, so von wegen Bapts Pii des vierdten an die Versammlung der Chur- und Fürsten zu Naumburgk gescheben: it. Antwort der Chur- und Fürsten, so zu Naumburgk 1561. versamblt gewesen auff der Päbstlichen Gesandten Werbung: it. stattliche Aufführung der Vrfachen, warum die Chur- und Fürsten, auch andere Staende der Augspurgischen Confession des Bapts ausgeschrieben vermeynt Concilium, so er gegen Trient angesetzt, nicht besuchen koerten, noch zu besuchen schuldig gewesen sind, sondern dasselbe als hochverdaechtig und zu Erhaltung Christlicher Einigkeit undionlich anfangs zur Naumburgk billig verwegert haben.*

30

testatur. Est ad manus scriptum aliquod a Valentino Kempffio in calamum pueris dictatum, cuius ea est sententia. *Ventum est ad ultimum malorum; deserta iacet schola; per duos annos nihil docentibus datum, qui ruinas fortunarum passi, ad pudendam dilabuntur paupertatem.* Audacium resiste sceleri, DEVIS, innocentium calamitatem leua; prouide, ne libidini militum schola nostra dedatur. *Vestram imploro opem, patroni, ne fame, omnium suppliciorum ultimo, consumtus, miserriam vitam turpi morte finiam.* Aperuit etiam mentem suam his numeris :

*Dem Krieger wird contribuirt  
Wer Christo dienet der cariert.*

Iterum : *Dass dies bedaechten die Censiten  
Da wir um die Besoldung bitten  
Sagten nicht (gedaechten ans ew'ge Leben)  
Ich muss jetzt den Soldaten geben.*

Quid vero ciues nostri exulceratis his temporibus, atque in tanto ecclesiae scholaeque discrimine ? Quasi manu facta DEVIM precibus implorabant ; sacra in aede erant frequentissimi, manequae ac vesperi priuata domicilia sanctis precationibus complebant et cantionibus ; quid ? quod cum caeli non impediret intemperies saepius nocte imminente, in plateis publicis eam vim adhibebant, quae tam grata erat summo Numini, vt confessim praesentissimum periculum auerteret, (g) ac tandem post tot vota exspectationesque coniunctam cum omnium salute pacem concederet, qua restituta collapsa fortunae impetu, et prostrata temporum iniuriis erecta sunt omnia.

Conseruata igitur est schola inter tot pericula et adparatus hostium motusque maximos, difficili etiam ac perturbato reipublicae statu. Immo floruit eadem post redditam pacem prae ceteris Lyceis, atque liberalissimis studiis adfluxit, licet funestissima incendia optimae vrbis florem minuerent. Debemus id, a DEO si discedamus, amplissimi Senatus liberalitati, qui nihil antiquius

(g.) B. TOEPFFERVS, progr. de laudib. Naumburgi anno MDCLXXIX, editio.

tiquius habuit, quam vt hoc bonae mentis domicilium optimis legibus munitum ac locupletatum muneribus staret. Suo praeterea merito fibi aliquid ex hoc flore vindicant grauissimi Inspectores *Siderus, Bertrami*,<sup>(g)</sup> *Schilterus, Prettenius*, et, qui per XXIII annos summa cum laude Ephori munere functus, adhuc id ornat, *Schamelius*. Neque suis defuerunt partibus illi, quibus ardua docendi prouincia est commissa, sed, moderatoribus *Eckarto, Bertramo, Thelyio, Mitternachtio, Salzmanno, Colero, Toeppero, Laurentio Gschuvvendio*,<sup>(h)</sup> *Blosso*, pro suis quisque viribus, florem scholae promouerunt. Nos, quibus iam limanda poliendaque iuuenum ingenia commissa sunt, nihil quidem ex aliena laude nobis per insolentiam arrogamus: turpis finum tamen iudicantes partam a maioribus nobisque traditam gloriam nostra negligentia perdere, sancte ac summa religione versati adhuc in eo munere per DEI gratiam sumus, nihilque praetermissimus, quod ad salutem nostrorum pertinere videretur, supremo iudici non timidius trepidantiusque reddituri olim administratae prouinciae rationem. Est autem nostrum, VOBIS quoque, PATRONI et INSPECTORES, quid praestitum a nobis fit, declarare. Adeste igitur cras et sequentibus diebus lustrationi studiofae iuuentutis solemnii aequis animis, et propensiis huic bonarum artium sedi in posterum quoque fauete. DEVS autem, stator ac vindex sanctioris disciplinae, a quo inter tot tempestates hic Musarum portus fuit seruatus, auerat a nostra ecclesia et schola, quae sunt mali ominis, nec vnuquam nobis eripi patiatur, quod repudiatis vitae commodis, labore, periculis, fuso etiam sanguine, nobis pepererunt, partumque tuiti sunt maiores, vt, horrendo barbariae monstro profligato, acceptum liberalis doctrinae decus ad feros, si qui futuri sunt, posteros transmittamus. P. P. NUMBURGI Domin. Iudica A. R. G.  
MDCCXXXII.

(g) Laudauit hos peculiari programmate B. SEB. MITTERNACHTIUS,  
Gerae emiso A. MDCLXII.

(h) Recensuit vir multis nominibus insigniter commendandus Rectores  
Scholae Numburgensis, edito programmate. Quosdam Numburgos suo  
litterato summe venerabilis SCHAMELIUS noster inseruit.

V

Pon Yd 2534

ULB Halle  
004 911 547

3



5b



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

A. D. 935.  
VANTAE MOLIS FVERIT  
**CLESIAM**  
ET  
**OLAMEVANGELI-**  
**NVMBVRGI CONDITAM**  
**TVERI**  
breuiter oftendit  
SIMVLQVE  
ad  
**LMNEM PROGRESSVVM**  
quos  
NOSTRI IN BONARVM ARTIVM  
STVDIIS FECERVNT  
**PLORATIONEM**  
et sequentibus diebus instituendam  
obseruantissime  
inuitat  
**CHRISTIANVS STEMLERVS**  
**SCHOL. SEN. RECTOR.**

*NVMBVRGI  
UTTERIS BOSSOEGELIANIS.*